

tanquam specialis poena, sed tanquam pars & sequela poenae corporalis necessaria consideratur. Vide artic. 198 Carpz part. 3. q. 132. num. 73. § 74. p. 270. *Præt. Crimin.* Nec obstat, quod saepe, qui capitali poena afficiendus est, prius ignitis forcipibus laceretur; Nam Respond. hoc non idèo fit, ac si duæ diversæ poenæ, corporalis prius, & deinde capitalis Reo irrogentur, sed hoc saltem fit in poenæ exasperationem propter sceleris atrocitatem maximam. Vide Reusner. 1. 2. decis. 20. per tot. fol. 80. 90. & seqq. Blumbl. ad art. 101. n. 8. p. 222.

## ARTIC. CII.

*Ut ad mortem se comparare debeat puniendus.*

Von Beichten und Vermahnung nach der Verurtheilung.

**N**ach der Verurtheilung des Armen zum Tod / soll man ihn anderwerts beichten lassen / auch zum wenigsten ein Priester / oder zween am Ausführen / oder Ausschleissen bey ihm seyn / die ihn zu der Liebe Gottes / rechtem Glauben und Vertrauen zu GOD & dem Verdienst Christi unsers Seligmachers / auch zu Bereuung seiner Sünde vermahnen. Man mag ihm auch in dem Führen für Gerichte und Ausführung zum Tod statig ein Crucifix fürtragen.

AD ARTICULUM CII.

## ARGUMENTUM.

*Post condemnationem Reus, antequam ultimo supplicio afficiatur, ad paenitentiam & confessionem admittendus est: & dum educitur ad locum executionis, duo sacerdotes ei sunt adjungendi, qui eum solentur, cumque in vera fide in Christum retineant: ubi & signum Crucis eidem preferri poterit.*

## EXEGESIS.

**H**ic articulus ex parte convenit cum articulo 79. Hic tamen tria sunt observanda. I. Ut reus condemnatus post publicatam sententiam condemnatoriam iterum peccata sua confiteatur, idque quia remedia salutis nemini, nendum ad mortem condemnato, sunt deneganda. Fit autem hoc potissimum apud Pontificios, ubi bis, ter, qua-